


Weinrauch sc.

INFORMATION, 1914.



MISSAE
DEFUNCTORUM,

J U X T A


USUM ECCLESIAE

R O M A N A E,

C U M

O R D I N E E T C A N O N E

E X T E N S A E.



V I E N N A E,

EX TYPOGRAPHIA MECHITARISTICA.

MDCCCXXVIII.



ORDOMISSAE PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis a fronte ad pectus, et clara voce dicit:

IN nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti, Amen.

Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam:

Introibo ad Altáre Dei.

Ministri respondent: **Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.**

Signat se dicens **V. Adjutórium nostrū in nómine Dómini.**

R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde junctis manibus profunde inclinatus facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatíone, verbo, et ópere: Percutit sibi pectus ter, dicens: **mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Virginem, beátū Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrū et Paulū, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.**

Ministri respondent:

Misereátur tui omnipotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Sacerdos dicit, **Amen.** et erigit se.

Deinde Ministri repetunt Confessionem: et ubi a Sacerdote dicebatur, **vobis fratres, et vos fratres,** a Ministris dicitur, **tibi Pater, et te Pater:**

Postea Sacerdos junctis manibus facit Absolutionem, dicens:

Misereátur vestri omnipotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. **R. Amen.**

Signat se signo Crucis, dicens:

Indulgéntiam, absolutíonem, et remissionem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus **R. Amen.**

Et inclinatus prosequitur.

V. Deus tu convérsus vivificábis nos.

R. Et plebs tua lætábitur in te.

V. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

R. Et salutáre tuum da nobis.

V. Dómine exáudi oratíonem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Et extendens ac jungens manus, clara voce dicit, **Orémus.** et ascendens ad Altare, dicit secreto:

Aufer a nobis, quæsumus Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta Sanctorum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. **Amen.**

Deinde manibus junctis super Altare, inclinatus dicit:

Orámus te Dómine per mérita Sanctorum tuórum, Osculatur Altare in medio, quorū reliquiæ hic sunt, et ómnium Sanctorum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea, **Amen.**

Deinde celebrans manu dextera ex-

tensa faciens signum Crucis super librum, incipit Introitum: quo finito junctis manibus alternatim cum Ministris dicit:

KYrie eléison. Kyrie eléison. Kyrie eléison. Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Kyrie eléison. Kyrie eléison.

Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit *V.* Dóminus vobiscum *R.* Et cum spíritu tuo. Postea dicit: *O* rémus. et Orationes, unam aut plures, ut ordo Missæ postulat: sequitur Epistola, Graduale; Tractus cum Versu aut Sequentia, ut tempus postulat.

Deinde delato Missali ad cornu Evangelii, inclinatus in medio, junctis manibus dicit:

Munda cor meum, ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Euangéliū tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde conversus ad librum, junctis manibus dicit *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cum spíritu tuo. Et pronuntians, *S*equéntia sancti Euangélii secúndum Joánnē: pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelii, quod lecturus est; deinde se in fronte, ore, et pectore; et respondetur, *G*lória tibi Dómine: et legit Euangelium: quo finito, respondet Minister, *L*aus tibi Christe: et immediate osculatur Altare, et versus ad populum dicit *V.* Dóminus vobiscum. *R.* Et cū spíritu tuo. Postea dicit *O* rémus, et *O*ffertorium. Quo dicto, accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit:

Suscipesancte Pater, omnipotens ætérne Deus, hanc immaculátam Hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero,

pro innumerábilibus peccátis, offensióibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus Christiánis vivis atque defúctis: ut mihi et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deinde faciens Crucem cum eadem Patena, deponit Hostiam super Corporale. Et mittens vinum in Calicem, *et aquam* non benedicens, dicit:

DEus, qui humanæ substántiæ dignitátem mirábiliter condidísti, et mirábiliter reformásti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Postea accipit Calicē, et offert dicens **O**fferimus tibi, Dómine, Cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu Divínæ Majestátis tuæ, pro nostra et totius mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

Deinde facit signum Crucis cum Calice, et illum ponit super Corporale, et Palla cooperit: tum junctis manibus super Altare, aliquantulū inclinatus, dicit:

In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te Dómine: et sic fiat Sacrificium nostrū in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altū porrectas jungens, elevatis ad cælum oculis, et statim demissis, dicit:

Veni Sanctificátor omnipotens ætérne Deus: Benedic oblata, prosequendo, et béne dic hoc Sacrificium tuo sancto nómini præparátum. Deinde Sacerdos lavat manus, dicens:

Lavábo inter innocéntes manus meas: et circúmdabo altáre tuū Dñe.

Ut áudiam vocem laudis: et enárrem univérſa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam: et cum viris sánguinem vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt: dèxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingrèssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedicam te Dómine.

Non dicitur Glória Patri.

Deinde aliquantulum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo, dicit:

Suscipe, Sancta Trínitas, hanc oblatiõnem, quam tibi offérimus ob memóriam Passiõnis, Resurrectiõnis, et Ascensiõnis Jesu Christi Dñi nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Virginiſ, et beáti Joánnis Baptistæ, et sanctórũ Apostolórũ Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autè ad salutem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cœlis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus ad populum, extendens et jungens manus, voce paululum elevata dicit:

Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Minister, seu circumstantes respondent: alioquin ipsemet Sacerdos:

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis (vel meis) ad laudè et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ. Sacerdos submissa voce dicit: Amen.

Deinde manibus extensis absolute sine Orémus, subjungit Orationes se-

cretas. Quibus finitis, cum pervenerit ad conclusionem, clara voce dicit: Per ómnia sæcula sæculórum. Cum Præfatione sequenti. Præfatio incipitur ambabus manibus positis hinc inde super Altare: quas aliquantulum elevat, cum dicit: Sursum corda. Jungit eas ante pectus, et caput inclinat, cū dicit: Grátias agámus Dño Deo nostro. Deinde disjungit manus, et disjunctas tenet usque ad finem Præfationis: qua finita, iterum jungit eas, et inclinatus dicit: Sanctus. Et cum dicit: Benedíctus qui venit, signum Crucis sibi producít a fronte ad pectus.

Per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

V. Dóminus vo bis cum.


R. Et cum spírítu tuo.

V. Sur sum cor da.


R. Habémus ad Dóminum.

V. Grá ti as a gá mus


Dómino Deo nostro.




B. Dignum et justum est.




Vere dignum et justum




est, æquum et salutare,




nos tibi semper, et ubi-




que gratias agere, Dó-



mine sancte, Pater omnipotens,




ætérne Deus: per Christum




Dóminum nostrum. Per




quem Ma jestátem tuam




laudant Angeli, adó-




rant Domina tíones,




tremunt Potestates. Cœli




cœlorumque virtutes,



ac beáta Séraphim, só-




ci a exultatione con-




celebrant. Cum quibus




et nostras voces, ut ad-



mitti júbeas, deprecámur,



súpplíci confes síone



dicéntes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra glória tua,
Hosánna in excelsis.

Benedíctus qui venit in Nómíne Dómini,

Hosánna in excelsis.

CANON MISSAE

PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos extendens et jungens manus, elevans ad coelum oculos, et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positus, dicit:

TE igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus ac petimus, ^{Osculatur Altare,} uti accepta habeas, et benedicas, ^{Jungat manus, deinde signet ter super oblata,} hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia illibata, ^{Extensis manibus prosequitur,} in primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo tuo Papa nostro N. et Antistite nostro N. et ^{in Imperio Austriaco,} Imperatore nostro N. et omnibus orthodoxis, atque catholice et Apostolicæ fidei cultoribus.

Commemor. pro vivis.

Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum N. et N.

Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extensis proseq.

et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis et incolumitatis suæ; tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

Infra actionem.

Communicantes, et memoriã venerantes in pri-

mis gloriósæ semper vî-
ginis Mariæ, genitrícis Dei
et Dñi nostri Jesu Christi:
sed et beatórum Aposto-
lórum ac Mártyrum tuó-
rum, Petri et Pauli, An-
drææ, Jacóbi, Joánnis,
Thomæ, Jacóbi, Philíppi,
Bartholomæi, Matthæi,
Simónis et Thaddæi: Li-
ni, Cleti, Cleméntis, Xy-
sti, Cornélii, Cypriáni,
Lauréntii, Chrysógoni,
Joánnis et Pauli, Cosmæ
et Damiáni, et ómnium
Sanctórum tuórum: quo-
rum méritis precibúsque
concédas, ut in ómnibus
protectiónis tuæ muniá-
mur auxílio. <sup>Jungit
manus.</sup> Per eū-
dem Christum Dóminum
nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super
oblata, dicit:

Hanc ígitur oblatiónem
servitútis nostræ, sed et
cunctæ famíliæ tuæ, quæ-
sumus Dómine, ut placá-

tus accípias: diésque no-
stros in tua pace dispónas,
atque ab æténa damna-
tióné nos éripi, et in ele-
ctóru tuóru júbeas grege
numerári. <sup>Jungit
manus.</sup> Per Chri-
stum Dñm nostrū. Amen.

QUam oblatiónē tu Deus
in ómnibus, quæsumus,
<sup>Signat ter
super oblata,</sup> bene ✠ dictā, ad-
scri ✠ ptam, ra ✠ tam, ra-
tionábilem, acceptabi-
lémque fácere dignéris:

<sup>Signat semel super Hostiam,
et semel super Calicem:</sup> ut nobis
Cor ✠ pus, et San ✠ guis
fiat dilectíssimi. Fílii tui
Dñi nostri Jesu Christi.

Qui pridie quam pate-
rétur, <sup>Accipit
Hostiam,</sup> accépit panē
in sanctas ac venerábiles
manus suas: <sup>Elevat oculos
ad cælum</sup> et e-
levátis óculis in cælum,
ad te Deum Patrem suum
omnipoténtem, tibi grá-
tias agens, <sup>Signat super
Hostiam,</sup> bene ✠
dixit, fregit, dedítque di-
scípulis suis, dicens: Ac-

cípite et manducáte ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices et pollices, profert verba consecrationis secrete, distincte, et attente:

Hoc est enim Corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, iterum adorat: et non disjungit pollices et indices, nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum.

Tunc detecto Calice dicit:

Simili modo postquam cœnátum est, ^{Ambabus manibus accipit Calicem,} accípiens et hunc præclarum Cálicē in sanctas, ac venerábiles manus suas; item tibi grátias agens, ^{Sinistra tenens Calicem dextera signat super eum,} bene ✠ dicit, deditque discípulis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes.

Profert verba consecrationis secrete super Calicem, tenens illum parum elevatum.

Hic est enim calix Sanguinis mei, novi et æterni testamenti: mysterium fidei: qui pro vobis, et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Prolatis verbis consecrationis, deponit Calicem super Corporale, et dicens secrete:

Hæc quotiescúmque feceritis, in mei memóriam faciétis.

Genuflexus adorat, surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, et iterum adorat. Deinde disjunctis manibus dicit:

Unde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beátæ passiónis, necnon et ab inferis

resurrectionis, sed et in
cælos gloriôsæ ascensio-
nis, offerimus præclâræ
majestâti tuæ de tuis do-
nis ac datis,

Jungit manus, et signat ter su-
per Hostiam et Calicem simul, **Hóstiã**

✠ puram, hóstiam ✠ san-
ctam, hóstiam ✠ imma-
culátam, Signat semel super Hostiam,
et semel super Calicem,

Panem ✠ Sanctũ vitæ æ-
térnæ, et Cálicem ✠ salú-
tis perpétuæ.

Extensis manibus prosequitur:

SUPRA quæ propítio ac
seréno vultu respícere di-
gnéris: et accépta habére,
sicuti accépta habére di-
gnátus es múnera púeri
tui justí Abel, et sacrificiũ
Patriárchæ nostri Abra-
hæ, et quod tibi óbtulit
summus sacérdos tuus
Melchisedech, sanctũ sa-
crificium, immaculátam
hóstiam.

Profunde inclinatus junctis ma-
nibus, et super Altare positus,
dicit:

SUPPLICES te rogámus,
omnípotens Deus: jube
hæc perférri per manus
sancti Angeli tui in sublí-
me altáre tuum, in con-
spéctu divínæ majestátis
tuæ: ut quotquot ex
hac altáris participatióne,
sacrosánctum Fílii tui,
Jungit manus, et signat semel super
Hostiam, et semel super Calicem, **Cor ✠**
pus, et Sán ✠ guinẽ sum-
psérimus, ^{Seipsum} _{signat} omni be-
ne ✠ dictione cælésti, et
grátia repleámur. Per eũ-
dem Christum Dóminum
nostrum. Amen.

Commemoratio pro defunctis.

MEMÉNTO étiam, Dó-
mine, famulórum, famu-
larúmque tuárum N. et N.
qui nos præcessérunt cū
signo fidei, et dórmiunt
in somno pacis.

Jungit manus, orat aliquantulum pro iis
defunctis, pro quibus orare intendit: dein-
de extensis manibus prosequitur:

IPSIS, Dómine, et ómni-
bus in Christo quiescén-
tibus, locum refrigeriũ, lu-

cis, et pacis ut indulgeas, deprecámur. ^{Jungit manus, et caput inclinat, dicens:}
 Per eúndem Christú Dóminum nostrum. Amen.

Manu dextera percutit sibi pectus, elata parum voce dicens:

Nobis quoque peccatõribus fámulis tuis, de multitudíne miseratiõnũ tuárum sperántibus, partem áliquam et societátẽ donáre dignéris cum tuis sanctis Apóstolis et Martyribus: cū Joánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lucía, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtiũ, non æstimátor mériti, sed véniaẽ, quæsumus, largítor admítte. ^{Jungit manus}
 Per Christum Dóminum nostrum.

Per quem hæc ómnia, Dñe, semper bona creas,

^{Signat ter super Hostiam, et Calicem simul dicens:} sancti ✕ ficas, vivífi ✕ cas, bene ✕ dícis, et præstas nobis.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra Calicem: signat cum Hostia ter a labio ad labium Calicis, dicens:

Per ip ✕ sum, et cum ip ✕ so, ^{Bis signat inter Calicem et pectus,} et in ip ✕ so, est tibi Deo Patri ✕ omnipoténti, in unitáte Spíritus ✕ sancti, ^{Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit;} omnis honor et glória.

Reponit Hostiam cooperit Calicem, genuflectit, surgit et dicit:






Er ómni a sæ cu la sæ cu ló rum. R. Amen.

Jungit manus.

O ré mus. Præ ce ptis sa lu tá ri bus mó ni ti, et di ví na insti tu ti ó ne for-



Extendit manus.



Sacerdos sub-
missa voce dicit

Amen.

Deinde accipit Patenam inter indicem et medium digitos, et dicit.

Libera nos, quæsumus Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus, et futúris: et intercedente beáta et gloriósa sēper vírgine Dei genitríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, Signat se cum Patena a fronte ad pectus, et eam osculatur, da propítius pacē in diébus nostris: ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatione secúri.

Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam super Calicem per medium, dicens:

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christū Fílium tuum,

Partem, quae in dextera est, ponit super Patenam. Deinde ex parte, quae in sinistra remansit, frangit particulam, dicens:

Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus,

Aliam mediam partem cum ipsa sinistra ponit super Patenam, et dextera tenens particulam super Calicem, sinistra Calicem, dicit:

P Er ómni a sæ cu la sæ cu-

ló rum. R. Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens:

Pax * Dó mi ni sit * sem-

per vo bis * cum.

R. Et cum spí ri tu tu o.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secreta:

HÆc commíxtio et consecrátio Córporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus,

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem sempitérnam.

Deinde junctis manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes Orationes.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu sácto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus, et

Sanguinem tuum, ab ómnibus iniquitatibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquã separári permittas. Qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Percéptio Córporis tui, Dñe Jesu Christe, quod ego indignus súmere præsumo, nõ mihi provéniat in judiciũ et condemnatióem, sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutamentum mentis et cörperis, et ad medélam percipiéndam. Qui vivis et regnas cū Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit:

Panē cælestē accípiam, et nomen Dñi invocábo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiae inter pollicem, et indicem sinistrae manus, et Patenam inter eundem indicem et medium, et dextera percutiens pectus, elevata aliquantulum voce, dicit ter de vote et humiliter.

Domine, non sũ dignus, ut intres sub tectum meũ: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit:

Corpus Dñi nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

Sumit reverenter ambas partes Hostiae, jungit manus, et quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quae sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens:

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus, quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiã, et nomen Dómini invocábo. Lau-

dans invocábo Dóminū,
et ab inimícis meis salvus
ero.

Accipit Calicem manu dextera;
et eo se signans, dicit:

Sanguis Dómini nostri
Jesu Christi custódiat á-
nimam meam in vitam
æternam, Amen.

Sumit totum Sanguinem cum
particula. Quo sumpto, si qui
sunt communicandi, eos com-
municet, antequam se purificet.
Postea dicit:

Quod ore sumpsimus
Dómine, pura mente ca-
piámus: et de múnere tē-
poráli fiat nobis remédiū
sempiternum.

Interim porrigit Calicem mini-
stro, qui infundit in eo parum
vini, quo se purificat: deinde
prosequitur:

Corpus tuum Dómine,
quod sumpsi, et Sanguis,
quem potávi, adhæreat
viscéribus meis: et præ-
sta, ut in me non remá-
neat scélerum mácula,

quem pura et sancta refe-
cérunt sacraménta. Qui
vivis et regnas in sæcula
sæculórum, Amen.

Abluit digitos, extergit, et su-
mit ablutionem: extergit os, et
Calicem, quem operit, et plica-
to Corporali, collocat in Altari
ut prius: deinde proseq. Missam.

Dicto, post ultimam Oratio-
nem,


Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Dicit **V.** Requiescant in
pace.

R. Amen.

In Missis solemnibus hoc tono
cantatur.



e qui é scant in. pa ce.

Deinde Sacerdos inclinat se an-
te medium Altaris, et manibus
junctis super illud, dicit:

Pláceat tibi, sancta Trí-
nitas, obséquium servi-
tútis meæ: et præsta, ut
sacrificium, quod óculis
tuæ majestátis indignus
óbtuli, tibi sit acceptábi-

le: mihi que, et omnibus, pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde osculatur Altare, et legit Euangelium sancti Joannis.

Inítium S. Euangélii, secundum Joánnem.

Joan. I.

IN principio erat Verbū, et Verbū erat apud Deū, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factū est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimóniū

perhibéret de lumine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntē in hunc mundum.

In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt.

Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine eius: Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sūt.

Hic genu-
flectitur. Et Verbum caro factū est, et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriã quasi unigéniti a Patre, plenum grátia et ritátisve.

R. Deo grátias.

Finito Euangelio S. Joannis, discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicit Antiphonam,

Trium puerórum.

cum reliquis, ut habetur infra in fine hujus libri.

MISSAE PROPRIAE PRO DEFUNCTIS. IN COMMEMORATIONE

Omniū Fidelium Defunctorum.

Introitus.

Requiē ætērnā dona eis Dñe:
et lux perpētua luceat eis.

Psal. 64. Te decet hymnus
Deus in Sion, et tibi reddē-
tur votum in Jerúsalem: exaudi ora-
tiōnē meam, ad te omnis caro veniet.
Deinde absolute repetitur: Réquiem
ætērnā, usque ad Psalmum.

Oratio.

Fidélium Deus ómniū Cónditor,
et Redēptor: animábus famuló-
rum famularúmque tuárum, remis-
siōnem cunctórum tríbe peccatórū;
ut indulgētiā, quam semper opta-
vérunt, piis supplicatiōnibus conse-
quántur. Qui vivis et regnas cum Deo
Patre in unitáte Spíritus sancti Deus,
per ómnia sæcula sæculórū. R. Amen.
Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Corínthios. 1. Cor. 15.

Fratres, Ecce mystérium vobis dico:
Omnes quidem resurgēmus, sed
non omnes imūtābimur. In momén-
to, in ictu óculi, in novíssima tuba:
canet enim tuba, et mórtui resúrgent
incorrúpti: et nos imūtābimur. Opór-
tet enim corruptíbile hoc indúere in-
corruptiōnem; et mortále hoc indúe-
re immortalitátem. Cum autem mor-
tále hoc indúerit imortalitátem, tunc
fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta
est mors in victória. Ubi est mors vi-
ctória tua? ubi est mors stímulus tuus?
Stímulus autem mortis peccátum est:
virtus vero peccáti lex. Deo autē grá-

tias, qui dedit nobis victóriam per
Dóminum nostrum Jesum Christum.
Graduale. Réquiem ætērnā dona eis
Dómine: et lux perpētua luceat eis.

V. Psalm. 111. In memória ætērna erit
justus: ab auditiōne mala non timébit.
Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ó-
mniū fideliū defunctorum ab omni
vínculo delictórū. **V.** Et grátia tua illis
succurrēte, mereántur evádere judi-
cium ultiōnis. **V.** Et lucis ætērnæ bea-
títudine pérfrui. **Sequentia.**

Dies iræ, dies illa,
Solvēt sæclum in favilla:
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futurus,
Quando Judex est venturus,
Cuncta stricte discussurus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepúlchra regiōnum,
Coget omnes ante Thronum.
Mors stupébit, et natúra,
Cum resúrget creatúra,
Judicánti responsúra.
Liber scriptus proferétur,
In quo totum continétur,
Unde mundus judicétur.
Judex ergo cum sedébit,
Quidquid latet, apparébit:
Nil inúltum remanébit.
Quid sum miser tunc dicturus?
Quem patrónum rogáturus?
Cum vix justus sit secúrus.
Rex treméndæ Majestátis,
Qui salvándos salvas gratis,
Salva me fons pietátis.

Recordâre Jesu pie,
 Quod sum causa tuæ viæ,
 Ne me perdas illa die.
 Quærens me sedisti lassus:
 Redemisti, crucem passus:
 Tantis labor non sit cassus.
 Juste Judex ultionis,
 Donum fac remissionis
 Ante diem rationis.
 Ingemisco tanquam reus:
 Culpa rubet vultus meus,
 Supplicanti parce Deus.
 Qui Mariam absolvisti,
 Et latronem exaudisti,
 Mihi quoque spem dedisti.
 Preces meæ non sunt dignæ:
 Sed tu bonus fac benigne,
 Ne perenni cremer igne.
 Inter oves locum præsta,
 Et ab hædis me sequëstra,
 Statuens in parte dextra.
 Confutatis maledictis,
 Flammis acerbis addictis,
 Voca me cum benedictis.
 Oro supplex et acclinis,
 Cor contritum quasi cinis;
 Gere curam mei finis.
 Lacrymôsa dies illa,
 Qua resurget ex favilla
 Judicandus homo reus.
 Huic ergo parce Deus,
 Pie Jesu Dômine,
 Dona eis réquiem. Amen.

 Sequëntia sãcti Euangëlii secun-
 dum Joãnnem. Joan. 5. d.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis
 Judæorum: Amen, amen dico vo-
 bis, quia venit hora, et nunc est,
 quando mórtui áudient vocem Fílii
 Dei: et qui audierint, vivent. Sicut e-
 nim Pater habet vitam in semetípso,
 sic dedit et Fílio habere vitam in se-
 metípso: et potestatem dedit ei judi-
 cium fácere, quia Fílius hóminis est.
 Nolite mirári hoc, quia venit hora, in

qua omnes, qui in monuméntis sunt,
 áudient vocem Fílii Dei: et procedent,
 qui bona fecerunt, in resurrectionem
 vitæ: qui vero mala egerunt, in resur-
 rectionem judicii.

Offertorium. Dômine Jesu Christe,
 Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fi-
 delium defunctorum de pœnis infér-
 ni, et de profúndo lacu: libera eas de
 ore leónis, ne absórbeat eas tártarus,
 ne cadant in obscurum: sed signifer
 sanctus Michaël repræséntet eas in lu-
 cem sanctam: * Quam olim Abrahæ
 promisisti, et sémini ejus. *V.* Hóstias
 et preces tibi, Dômine, laudis offéri-
 mus: tu súscipe pro animábus illis,
 quarū hódie memóriam fácimus: fac
 eas Dômine de morte transire ad vitã.
 Quam olim Abrahæ promisisti, et sé-
 mini ejus. **Secreta.**

Hostias, quæsumus Dômine, quas
 tibi pro animábus famulórũ fa-
 mularúmque tuárum offérimus, pro-
 pitiátus inténde: ut, quibus fidei Chri-
 stiánæ méritum contulisti, dones et
 præmium. Per Dôminum nostrum.
Communio. Lux ætérna lúceat eis Dô-
 mine, * Cum Sanctis tuis in ætérnum:
 quia pius es. *V.* Réquiem ætérnam do-
 na eis Dômine: et lux perpétua lúceat
 eis. Cum Sanctis tuis in ætérnum: quia
 pius es.

Postcommunio.

Animábus, quæsumus Dômine, fa-
 mulórum famularúmque tuárum
 orátio proficiat supplicántium: ut eas
 et a peccátis ómnibus éxuas, et tuæ
 redemptionis fácias esse partícipes.
 Qui vivis et regnas cum Deo Patre.
 Dicto Dôminus vobiscum, dicitur Re-
 quiéscant in pace. *R.* Amen. et nón da-
 tur benedictio: sed dicto secreto. Plá-
 ceat tibi sancta Trínitas, et osculato
 Altari, legitur Evangeliiũ sancti Joan-
 nis, In princípio erat Verbum, ut mo-
 ris est.

I N D I E O B I T U S,
seu depositionis defuncti.

Introitus.

Requiem æternam dona eis
Dómine: et lux perpétua lú-
ceat eis.

Psal. 64. Te decet hymnus
Deus in Sion, et tibi reddetur votum
in Jerúsalem: exáudi oratióne meam,
ad te omnis caro véniet. Réquiem æ-
térnam.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri sè-
per et párcere, te súpplīces exo-
rámus pro ánima fámuli tui N. quam
hódie de hoc sæculo migráre jussisti:
ut non tradas eam in manus inimíci,
neque obliviscáris in finē, sed júbeas
eam a sanctis Angelis súscipi, et ad
pátriam paradísi perdúci; ut, quia in
te sperávit et crédidit, non pœnas in-
férni sustíneat, sed gáudia ætérna pos-
sídeat. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli
ad Thessalonicénses 1. Thessal. 4.

Fratres, Nólumus vos ignoráre de
dormiéntibus, ut non contristé-
mini, sicut et céteri qui spem non ha-
bent. Si enim crédimus, quod Jesus
mórtuus est, et resurrexit: ita et Deus
eos, qui dormiérunt per Jesum, ad-
dúcet cum eo. Hoc enim vobis díci-
mus in verbo Dómini, quia nos, qui
vívimus, qui residui sumus in advén-
tum Dómini, non præveniémus eos,
qui dormiérunt. Quóniam ipse Dómi-
nus in jussu, et in voce Archángeli, et
in tuba Dei descéndet de cœlo: et
mórtui, qui in Christo sunt, resúrgent
primi. Deínde nos, qui vívimus, qui
relínquimur, simul rapiémur cum il-
lis in núbibus óbviám Christo in aëra,
et sic semper cum Dómino érimus.
Itaque consolámini ínvicem in verbis
istis.

Graduale. Réquiem æternam dona eis
Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

Ū. Psal. 111. In memória ætérna erit
justus: ab auditióne mala non timébit.
Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ó-
mnium fidéliū defunctórum ab omni
vínculo delictórum. Ū. Et grátia tua
illis succurrénte, mereántur evádere
judícium ulitiónis. Ū. Et lucis ætérnæ
beatitúdine pérfrui.

Sequentia.

Dies iræ, dies illa,
Solvēt sæclum in favilla:
Teste David cum Sibylla.
Quantus tremor est futúrus,
Quando Judex est ventúrus,
Cuncta stricte discussúrus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepúlchra regiónum,
Coget omnes ante Thronum.
Mors stupébit, et natúra,
Cum resúrget creatúra,
Judicánti responsúra.
Liber scriptus proferétur,
In quo totum continétur,
Unde mundus judicétur.
Judex ergo cum sedébit,
Quidquid latet, apparébit:
Nil ínultum remanébit.
Quid sum miser tunc dictúrus?
Quem patrónum rogáturus?
Cum vix justus sit secúrus.
Rex treméndæ Majestátis,
Qui salvándos salvas gratis,
Salva me fons pietátis.
Recordáre Jesu pie,
Quod sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me sedísti lassus:
Redemísti, crucem passus.
Tantus labor non sit cassus.
Juste Judex ulitiónis,
Donum fac remissiónis
Ante diem ratiónis.
Ingemísco tamquam reus:
Culpa rubet vultus meus:
Supplicánti parce Deus.
Qui Mariám absolvísti,

Et latrónem exaudísti,
 Mihi quoque spem dedísti.
 Preces meæ non sunt dignæ:
 Sed tu bonus fac benigne,
 Ne perénni cremer igne.
 Inter oves locum præsta,
 Et ab hædis me sequéstra,
 Státuens in parte dextra.
 Confutátis maledictis,
 Flammis ácribus addictis,
 Voca me cum benedictis.
 Oro supplex et acclínis,
 Cor contrítum quasi cinis;
 Gere curam mei finis.
 Lacrymósa dies illa,
 Qua resúrget ex favilla
 Judicándus homo reus.
 Huic ergo parce Deus,
 Pie Jesu Dómine,
 Dona eis réquiem. Amen.



Sequéntia sãcti Euangélii secúndum Joánnem. Joan. 11.

In illo témpore: Dixit Martha ad Jesum: Dómine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mórtuus. Sed et nunc scio, quia quæcúmque popósce-
 ris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resúrget in resurrectione in novíssimo die. Dixit ei Jesus: Ego sum resurréctio, et vita: qui credit in me, etiámsi mórtuus fúerit, vivet: et omnis, qui vivit, et credit in me, non moriétur in ætérnum. Cre-dis hoc? Ait illi: Utique Dómine, ego credidi, quia tu es Christus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venísti.
 Offertorium. Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fidélium defunctorum de pœnis inférni, et de profúndo lacu: libera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscurum: sed signifer sanctus Míchaël repræséntet eas in lucem sanctam: * Quam olim Abrahæ

promisísti, et sémini ejus. V. Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarū hódie memóriam fácimus: fac eas Dómine de morte transíre ad vitā. Quam olim Abrahæ promisísti, et sémini ejus.

Secreta.

Propitiáre, quæsumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. pro qua hóstiā laudis tibi immolámus, majestátem tuam suppliciter deprecántes: ut per hæc piæ placatiónis officia, pervenire mereátur ad réquiem sempitérnā. Per Dóminum nostrum.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine, * Cum Sanctis tuis in ætérnum quia pius es. V. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: et lux perpétua lúceat eis. Cum Sanctis.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus ut ánima fámuli tui N. quæ hódie de hoc sæculo migrávit, his sacrificiis purgáta, et a peccátis expedita, indulgéntiam páriter et réquiē cápiat sempitérnā. Per Dóminum.

In die tertio, septimo, et trigesimo depositionis defuncti, dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra.

Oratio.

Quæsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui N. cujus depositionis diē tertium, vel séptimum, vel trigésimū, commemorámus, sanctorū atque electórum tuórum largiri dignéris consórtium: et rorem misericórdiæ tuæ perénnem infúndas. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Munera, quæsumus Dómine, quæ tibi pro ánima fámuli tui N. offérimus, placátus inténde, ut remédiis purgáta cœlestibus, in tua pietáte requiescat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio.

Suscipe, Dómine, preces nostras pro ánima fámuli tui N. ut, si quæ ei máculæ de terrénis contágiis adhæsérunt, remissionis tuæ misericórdia deleántur. Per Dóminum.

IN ANNIVERSARIO
Defunctorum.

Introitus.

Requiem æternā dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis.

Psal. 64. Te decet hymnus Deus in Sion, et tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratióne meā, ad te omnis caro véniet. Réquiem ætérnam.

Oratio.

Deus indulgentiárum Dómine, da animábus famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiōnis diem commemorámus, refrigeriū sedem, quiétis beatitúdinem, et lúminis claritátem. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Machabæórum.

2. Machab. 12. g.

In diébus illis: Vir fortíssimus Judas, facta collatiōne, duódecim millia drachmas argénti misit Jerosólymā offerri pro peccátis mortuórū sacrificium, bene, et religiōse de resurrectione cógitans. (Nisi enim eos, qui cecíderant, resurrectúros speráret, supérfluum viderétur et vanum oráre pro mórtuis.) Et quia considerábat, quod hi, qui cum pietáte dormitiōnem accéperant, óptimam habérent repósitam grátiam. Sancta ergo et salúbris est cogitatio pro defúntis exoráre, ut a peccátis solvántur.

Graduale. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis.

Ÿ. Psalm. 111. In memória ætérna erit justus: ab auditiōne mala nō timébit.

Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctórum ab o-

mni vínculo delictórum. Ÿ. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere judiciū ulitiōnis. Ÿ. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequentia.

Dies iræ, dies illa,
Solvét sæculum in favilla:
Teste David cum Sibylla.

Quantus tremor est futúrus,
Quando Judex est ventúrus,
Cuncta stricte discussúrus!
Tuba mirum spargens sonum
Per sepúlchra regiōnum,
Coget omnes ante Thronum.

Mors stupébit, et natúra,
Cum resúrget creatúra,
Judicánti responsúra.

Liber scriptus proferétur,
In quo totum continétur,
Unde mundus judicétur.

Judex ergo cum sedébit,
Quidquid latet, apparébit:
Nil inúltum remanébit.

Quid sum miser tunc dictúrus?

Quem patrónum rogáturus?

Cum vix justus sit secúrus.

Rex treméndæ Majestátis,
Qui salvándos salvas gratis,
Salva me fons pietátis.

Recordáre Jesu pie,

Quod sum causa tuæ viæ,

Ne me perdas illa die.

Quærens me sedisti lassus:

Redemísti, crucem passus:

Tantus labor non sit cassus.

Juste Judex ulitiōnis,

Donum fac remissionis

Ante diem ratiōnis.

Ingemisco tanquam reus:

Culpa rubet vultus meus,

Supplicánti parce Deus.

Qui Mariám absolvísti,

Et latrónem exaudísti,

Mihi quoque spem dedísti.

Preces meæ non sunt dignæ:

Sed tu bonus fac benigne,

Ne perenni cremer igne.
 Inter oves locum præsta,
 Et ab hædis me sequéstra,
 Státuens in parte dextra.
 Confutáti maledíctis,
 Flammis ácribus addíctis,
 Voca me cum benedíctis.
 Oro supplex et acclínis,
 Cor contrítum quasi cinis;
 Gere curam mei finis.
 Lacrymósa dies illa,
 Qua resúrget ex favilla
 Judicándus homo reus.
 Huic ergo parce Deus,
 Pie Jesu Dómine,
 Dona eis réquiem. Amen.

 Sequéntia sãcti Euangélii secun-
 dum Joánnem. Joan. 6.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis
 Judæórum: Omne, quod dat mi-
 hi Pater, ad me véniet: et eum,
 qui venit ad me, non ejíciam foras:
 quia descéndi de cœlo, non ut fáciam
 voluntátem meam, sed voluntátem
 ejus, qui misit me. Hæc est autem vo-
 lúntas ejus, qui misit me, Patris: ut o-
 mne, quod dedit mihi, non perdam
 ex eo, sed resúscitem illud in novíssi-
 mo die. Hæc est autē volúntas Patris
 mei, qui misit me: ut omnis, qui videt
 Fílium, et credit in eum, hábeat vi-
 tam ætérnam, et ego resuscitábo eum
 in novíssimo die.

Offertorium. Dómine Jesu Christe,
 Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fi-
 délium defunctorum de pœnis infér-
 ni, et de profúndo lacu: libera eas de
 ore leónis, ne absórbeat eas tártarus,
 ne cadant in obsúrum: sed signifer
 sanctus Michaël repræséntet eas in lu-
 cem sanctam: * Quam olim Abrahæ
 promisísti, et sémini ejus. V. Hóstias
 et preces tibi, Dómine, laudis offéri-
 mus: tu súscipe pro animábus illis,
 quarum hódie memóriam fáci-
 mus:

fac eas Dómine de morte transíre ad
 vitam. Quam olim Abrahæ promisí-
 sti, et sémini ejus.

Secreta.

Propitiáre, Dómine, supplicatióni-
 bus nostris, pro animábus famu-
 lórum famularúmque tuárum, quo-
 rú hódie ánnua dies ágitur, pro qui-
 bus tibi offérimus sacrificium laudis:
 ut eas Sanctórum tuórum consórtio
 sociáre dignéris. Per Dóminum.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dó-
 mine: * Cum Sanctis tuis in ætérnum:
 qui pius es. V. Réquiem ætérnam do-
 na eis Dómine: et lux perpétua lúceat
 eis. Cum Sanctis.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus, Dómine, ut áni-
 mæ famulórum famularúmque
 tuárum, quorum anniversárium de-
 positiónis diem comémorámus, his
 purgátæ sacrificiis, indulgéntiam pá-
 riter et réquiem cápiant sempitérnã.
 Per Dóminum nostrum.

J Si pro uno fiat anniversarium,
 prædictæ Orationes dicantur in sin-
 gulari numero.

I N M I S S I S
 quotidianis Defunctorum.

Introitus.

Requiem ætérnam dona eis
 Dómine: et lux perpétua lú-
 ceat eis.

Psal. 64. Te decet hymnus
 Deus in Sion, et tibi reddétur votum
 in Jerúsalem: exáudi oratió-
 nem meã, ad te omnis caro véniet.

Réquiem ætérnam.

Pro defunctis Episcopis, seu
 Sacerdotibus.

Oratio.

Deus, qui inter Apostólicos Sacer-
 dotes, fámulos tuos Pontificáli,
 seu Sacerdotáli fecísti dignitáte vigé-
 re: præsta quæsumus; ut eórum quo-
 que perpétuo aggregéntur consórtio.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis, et Benefactoribus. Oratio.

DEus, véniæ largitor, et humanæ salutis amátor: quæsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos, et benefactóres, qui ex hoc sæculo transierunt; beáta María semper Vírgine intercedente, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consórtium pervenire concédas.

Pro omnibus fidelibus Defunctis.

Oratio.

Fidélium Deus ómnium Cónditor, et Redémptor: animábus famulorum famularumque tuárum, remissionem cunctórum tribue peccatórū; ut indulgéntiam, quam semper optaverunt, piis supplicatióibus consequántur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Lectio libri Apocalypsis beáti Joánnis Apóstoli. Apoc. 14.

In diébus illis: Audívi vocem de cælo, dicéntem mihi: Scribe: Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur. Amodo jam dicit Spíritus, ut requiescant a labóribus suis: ópera enim illórum sequúntur illos.

Graduale. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis.

Ū. Psalm. 111. In memória ætérna erit justus: ab auditióne mala nõ timébit.

Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórum. Ū. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere júdicium ultiónis. Ū. Et lucis ætérnæ beatitudíne pérfrui.

Sequentia ad arbitrium Sacerdotis.

Dies iræ, dies illa,
Solvét sæclum in favilla:

Teste David cum Sibylla,

Quantus tremor est futúrus,

Quando Judex est ventúrus,

Cuncta stricte discussúrus!

Tuba mirum spargens sonum

Per sepúlchra regiónum,

Coget omnes ante Thronum.

Mors stupébit, et natúra,

Cum resúrget creatúra,

Judicánti responsúra.

Liber scriptus proferétur,

In quo totum continétur,

Unde mundus judicétur.

Judex ergo cum sedébit,

Quidquid latet, apparébit:

Nil inúltum remanébit.

Quid sum miser tunc dictúrus?

Quem patrónum rogáturus?

Cum vix justus sit secúrus.

Rex treméndæ Majestátis,

Qui salvándos salvas gratis,

Salva me fons pietátis.

Recordáre Jesu pie,

Quod sum causa tuæ viæ,

Ne me perdas illa die.

Quærens me sedísti lassus:

Redemísti, crucem passus.

Tantus labor non sit cassus.

Juste Judex ultiónis,

Donum fac remissionis

Ante diem ratiónis.

Ingemísco tamquam reus:

Culpa rubet vultus meus:

Supplicánti parce Deus.

Qui Mariám absolvísti,

Et latrónem exaudísti,

Mihi quoque spem dedísti.

Preces meæ non sunt dignæ:

Sed tu bonus fac benígne,

Ne perénni cremer igne.

Inter oves locum præsta,

Et ab hædis me sequéstra,

Státuens in parte dextra.

Confutátis maledíctis,

Flammis ácribus addíctis,

Voca me cum benedíctis.

Oro supplex et acclínis,

Cor contritum quasi cinis;
 Gere curam mei finis.
 Lacrymósa dies illa,
 Qua resúrget ex favilla
 Judicándus homo reus.
 Huic ergo parce Deus,
 Pie Jesu Dómine,
 Dona eis réquiem. Amen.

 Sequéntia sãcti Euangélii secúndum Joánnem. Joán. 6.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judæi ad ínvicem, dicétes: Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis, et bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, habet vitam ætérnam: et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Offertorium. Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, libera ánimas ómnium fidélium defunctórum de pœnis inférni, et de profúndo lacu: libera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Michael repræséntet eas in lucem sanctam: * Quam olim Abrahæ promisísti, et sémini ejus. *Ps.* Hóstias et preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas Dómine de morte transíre ad vitam. Quam olim Abrahæ promisísti, et sémini ejus.

Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. *Secreta.*

Súscipe, Dómine quæsumus, pro animábus famulórum tuórum Pon-

tíficum, seu Sacerdótum, quas offérimus hóstias: ut quibus in hoc sæculo Pontificále, seu Sacerdotále, donásti méritum, in cœlesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis Fratribus, Propinquis, et Benefactoribus. *Secreta.*

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ: et animábus fratrum, propinquórum, et benefactorum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem, per hæc Sacraménta salutis nostræ, cunctórum remissiónem tribue peccatórum.

Pro omnibus fidelibus defunctis.

Secreta.

Hóstias, quæsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut, quibus fidei Christiánæ méritum contulísti, dones et præmium. Per Dóminum nostrum.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine: * Cum Sanctis tuis in ætérnum: quia pius es. *Ps.* Réquiem ætérnam dona eis Dómine: et lux perpétua lúceat eis. Cum Sanctis tuis.

Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus. *Postcommunio.*

Prosit: quæsumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ut ejus, in quo speravérunt, et credidérunt; ætérnum cápíant, te miseránte, consórtium. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotens et miséricors Deus: ut animæ fratrum, propinquórum, et benefactorum nostrórum, pro quibus hoc Sacrificium laudis tuæ obtúlimus Majestáti; per

hujus virtutem Sacramenti a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuae, te miserante, recipiant beatitudinem.

Pro omnibus fidelibus defunctis.
Postcommunio.

Animabus, quæsumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium: ut eas et a peccatis omnibus exuas; et tuæ redemptionis facias esse participes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Epistolæ et Evangelia superius posita in una Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.

ORATIONES DIVERSÆ
pro Defunctis.

In die depositionis, et anniversarii Summi Pontificis, dicitur prima Missa ut supra, fol. 17 præter Orationes, quæ dicuntur ut infra.

Oratio.

Deus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus; ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerèbat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum nostrum.

Secreta.

Suscipe, Domine, quæsumus, pro anima famuli tui N. summi Pontificis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum; in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui N. summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clemèntia: ut ejus, in quo speravit et credidit, ætèrnum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, ut supra fol. 17 Orationes vero ut infra.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Suscipe, Domine quæsumus, pro anima famuli tui N. Pontificis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum; in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui N. Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clemèntia: ut ejus, in quo speravit et credidit; ætèrnum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

Pro Episcopo Cardinali defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe, Domine quæsumus, pro anima famuli tui N. Pontificis Cardinalis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo Pontificale donasti meritum, in cœlesti regno Sanctorum tuorum jubeas jungi consortio. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui N. Pontificis Cardinalis, misericordiæ tuæ implorata clemèntia: ut ejus, in quo speravit et credidit; ætèrnum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

Pro Presbytero Cardinali defuncto.

Oratio.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes, fámulum tuum N. Presbyterum Cardinále sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipe, Dómine quæsumus, pro ánima fámuli tui N. Presbyteri Cardinális, quas offérimus hóstias: ut cui in hoc sæculo sacerdotále donásti méritum; in cœlesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Prosit quæsumus Dómine, ánime fámuli tui N. Presbyteri Cardinális, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ut ejus, in quo sperávit et crédidit; ætérnum cápiat, te miseránte, consórtium. Per Dóminum.

Pro Diacono Cardinali defuncto.

Oratio.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regiône constituas; et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Dóminum.

Secreta.

Annue nobis, quæsumus Dómine, ut ánime fámuli tui N. Diáconi Cardinális, hæc prosit oblátio: quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunio.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória; inter sanctos et eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Dóminum nostrum.

Pro defuncto Sacerdote.

Oratio.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére: præsta quæsumus; ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. Per Dóminum nostrum. Secreta.

Suscipe, Dómine quæsumus, pro ánima fámuli tui N. Sacerdotis, quas offérimus hóstias: ut cui in hoc sæculo sacerdotále donásti méritum; in cœlesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Dómine, ánime fámuli tui N. Sacerdotis, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ut ejus, in quo sperávit et crédidit; ætérnum cápiat, te miseránte, consórtiū. Per Dóminum nostrum.

Si fuerint plures, dicatur ut supra in iv. Missa fol. 21.

Pro defuncto Episcopo, alia Oratio.

DA nobis, Dómine, ut ánimam fámuli tui N. Episcopi, quam de hujus sæculi eduxísti laboriósio certamine, Sanctórum tuórum tribuas esse consórtem. Per Dóminum.

Secreta.

Annue nobis, quæsumus Dómine, ut ánime fámuli tui N. Episcopi hæc prosit oblátio: quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

His sacrificiis, quæsumus omnípotens Deus, purgáta ánima fámuli tui N. Episcopi, ad indulgéntiam, et refrigerium sempitérnum pervenire mereátur. Per Dóminum.

Pro defuncto Sacerdote.

Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.

Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine, ut ánima fámuli tui N. Sacerdotis, quæ

in hoc sæculo commorantem, sacris munéribus decorasti, in cœlesti sede gloriósa semper exúltet. Per Dóminū.

Secreta

Suscipe, Dómine quæsumus, pro ánima fámuli tui N. Sacerdotis, quas offérimus hóstias: ut cui sacerdotále donásti méritū, dones et præmium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotēs Deus, ut animam fámuli tui N. Sacerdotis in congregatióne justórum, æternæ beatitudinis júbeas esse consórtē. Per Dóminum nostrum.

Pro uno Defuncto.

Oratio.

Inclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur: ut animam fámuli tui, quam de hoc sæculo migráre jussísti, in pacis ac lucis regione constitúas; et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtē. Per Dóminum.

Secreta.

Annue nobis, quæsumus Dómine, ut animæ fámuli tui hæc prosit oblátio; quam immolándo, totius mundi tribuísti relaxári delicta. Per Dóminum.

Postcommunio.

Absólve, quæsumus Dómine, animā fámuli tui ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectionis glória, inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitatus respíret. Per Dóminum.

Pro una Defuncta.

Oratio.

Quæsumus Dómine, pro tua pietáte miserére animæ fámulæ tuæ: et a contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restitue. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

His Sacrificiis, quæsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ a peccátis ómnibus exuátur, sine quibus a culpa

nemo liber éxstitit: ut per hæc piæ placatiónis officia, perpétuam misericórdiam consequátur. Per Dóminū.

Postcommunio.

Invéniat, quæsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ lucis æternæ consórtium: cujus perpétuæ misericórdiæ consecúta est Sacraméntum. Per Dóminum nostrum.

Pro Patre et Matre Sacerdotis.

Oratio.

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti: miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimitte; méque eos in æternæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Suscipe Sacrificium, Dómine, quod tibi pro animábus patris et matris meæ óffero: eisque gáudium sempiternum in regione vivórum concéde; méque cum illis felicitáti Sanctórum conjúge. Per Dóminum.

Postcommunio.

Cœlestis participátió Sacraménti, quæsumus Dómine: animábus patris et matris meæ réquiem et lucē obtíneat perpétuam; méque cum illis grátia tua corónet æterna. Per Dóminum nostrum.

Si pro Patre tantum, vel Matre tantum, dicitur in singulari.

Oratio.

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti: miserére cleménter animæ Patris mei (vel Matris meæ) ejúsque peccáta dimitte: méque eum (vel eam) in æternæ claritátis gáudio fac vidére. Per Dóminū.

Secreta.

Suscipe sacrificium, Dómine, quod tibi pro ánima Patris mei (vel Matris meæ) óffero: eique gáudium sempiternum in regione vivórum concéde: méque cum illo (vel illa) felicitáti

Sanctorum conjunge. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

COelæstis participatio sacramenti, quæsumus Domine, animæ Patris mei (vel Matris meæ) requiem et lucem obtineat perpetuam: meque cum illo (vel illa) gratia tua coronet æterna. Per Dominum nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

Oratio.

DEus, veniæ largitor, et humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt; beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum.

Secreta.

DEus, cujus, misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: et animabus fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem: per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

PRæsta quæsumus omnipotens et misericors Deus: ut animæ fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificiū laudis tuæ obtulimus majestati; per hujus virtutem sacramenti a peccatis omnibus expiatae, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem. Per Dominum nostrum.

Pro his qui in cœmeterio requiescunt.

Oratio.

DEus, cujus miseratiōne animæ fidelium requiescunt; famulis et famulabus tuis, et omnibus hic et ubique

in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per eundem Dominum.

Secreta.

PRO animabus famulorum famularumque tuarum, et omnium catholicorum hic et ubique in Christo dormientium, hostiam, Domine, suscipe benignus oblata: ut hoc sacrificio singulari, vinculis horrendæ mortis exuti, vitam mereantur æternam. Per eundem Dominum.

Postcommunio.

DEus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis, quorum corpora hic et ubique in Christo requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per eundem Dominum nostrum.

Pro pluribus defunctis.

Oratio.

DEus, cui proprium est misereri semper et parcere: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, et omnia eorum peccata dimitte; ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Secreta.

ANnue nobis, quæsumus Domine, ut animabus famulorum famularumque tuarum hæc prosit oblatio: quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

DEus, cui soli competit medicinam præstare post mortem: præsta quæsumus; ut animæ famulorum famularumque tuarum terrenis exitæ contagiis, in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus.

Alia pro pluribus Defunctis.

Oratio.

Animabus, quæsumus Dómine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concède perpétuam: ut eis proficiat in ætérnum, quod in te speraverunt et crediderunt. Per Dóminum nostrum

Secreta.

His, Dómine quæsumus, placátus inténde munéribus: et quod ad laudem tui nóminis supplicántes offerimus, ad indulgéntiam proficiat defunctorum. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Supplices, Dómine, pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effúndimus, obsecrantes: ut quidquid conversatióne contraxerunt humana, et cleménter indulgeas, et in tuorum sede lætántium constituas redemptorum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus sancti Deus per ómnia sæcula sæculorum.

R. Amen.

R I T U S

C E L E B R A N D I M I S S A M

P R O D E F U N C T I S.

EXCERPTA EX RUBRICIS GENERALIBUS.

De his, quæ omitt. in Missa pro Defunc.

IN Missa pro Defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus, *Judica me Deus*; sed pronuntiata Antiphona, *Introibo ad Altare Dei, et responso a ministro, Ad Deū qui lætificat, etc. dicitur, V. Adjutoriū nostrum, et Confessio, cum reliquis ut supra. Cum Celebrans ad Altare incipit Introitum, non signat se, sed manu dextra extensa, facit signum Crucis super librum, quasi aliquem benedicens. Non dicitur Gloria Patri, sed post Psalmum repetitur, Requiem æternam, nec dicitur Gloria in excelsis, nec Alleluja, nec Jube Domine benedicere, nec Dominus sit in corde meo, nec osculatur librū in fine. Non dicitur Credo, non benedicitur aqua in Calicem fundenda; dicitur tamen Oratio, *Deus qui humanæ substantiæ, etc. Cum lavat manus, in fine Psalmi, Lavabo inter innocentes, non dicitur, Gloria Patri. Ad Agnus Dei, non dicitur, Miserere nobis, cujus loco dicitur, Dona eis requiem, nec tertio, Dona nobis pacem, cujus loco dicitur, Dona eis requiem sempiternam, neque percutitur pectus. Non dicitur prima Oratio ante Communionem, scilicet, Dñe Jesu Christe, qui dixisti etc. nec datur Pax. In fine non dicitur, Ite Missa est, nec Benedicamus Dño, sed Requiescant in pace. Et non datur benedictio, sed dicto Placeat, et osculato Altari, dicitur ut supra, In principio erat Verbum, etc. alia omnia ut in aliis Missis.**

In Missa solemnī non incensatur Altare ad Introitum, et Subdiaconus finita Epistola non osculatur manum Celebrantis, nec benedicitur. Diaconus non petit benedictionem, nec osculatur Celebrantis manum: non tenentur luminaria ad Euangelium, nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythi sine candelabris stant unus a dextris, et alter a sinistris Subdiaconi tenentis librum Euangeliorum. Non incensatur liber, nec in fine Celebrans, nec defertur liber Euangeliorum osculandus. Oblata et Altare incensantur ut supra: incensatur solus Celebrans; et non incensantur alii Subdiaconus non tenet Patenam post Celebrantem, sed tempore elevationis Sacramenti genuflexus in cornu Epistolæ illud incensat. Ministri cum aliquid porrigunt Celebranti, in hac Missa non osculantur ejus manum, neque rem quæ porrigitur.

Si distribuendæ sunt candelæ, distribuuntur post Epistolam, et accendantur ad Euangelium, ad elevationem Sacramenti, et post Missam, dum fit Absolutio. Si habendus est sermo, habeatur finita Missa ante Absolutionem.

Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exuitur Casula, et deposito Manipulo, accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis, defert Crucem sicut in Processionibus, præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum Thuribulo et navicula

incensi, alio cum vase aquæ benedictæ et aspersorio; sequitur Celebrans, facta prius Altari reverentia, et Diaconus a sinistris ejus. Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes tumuli, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria: Celebrans vero ex alia parte in capite loci inter Altare et tumulum, aliquantum versus cornu Epistolæ, ita ut Crucem Subdiaconi respiciat: a sinistris ejus Diaconus, et prope eum duo Acolythi deferentes Thuribulum et vas aquæ benedictæ. Interim cantatur R. Libera me Domine, ut infra, et circa illius finem Celebrans ponit incensum in Thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam: et finito Kyrie eleison. incipit intelligibili voce Pater noster, et secrete proseguendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi et facta, Altari reverentia, comitante Diacono a dextris, et tenente fimbriam anteriorem Pluvialis, circuiens tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter a parte dextra, et ter a sinistra. Cum transit ante Crucem, profunde inclinatur, Diaconus vero genuflectit: postea de manu ejusdem Diaconi accipit Thuribulum; et eodem modo quo asperserat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum, junctis manibus dicit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.
V. A porta inferi.
R. Erue Domine animam ejus.
V. Requiéscat in pace.
R. Amen.
V. Domine exaudi orationem meam.
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo. Orémus.

Absolve, quæsumus Domine, animam famuli tui ab omni vinculo de-

lictorum: ut in resurrectionis glória inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra super tumulum dicit:
V. Réquiem æternā dona ei. Domine.
R. Et lux perpétua luceat ei.

Et dicto per Cantores, Requiéscant in pace. et **R.** Amen. præcedente Cruce redit cum aliis ad Sacristiam.


Si officium fit pro pluribus Defunctis, omnia dicantur in numero plurali.

IN DEPOSITIONE VERO DEFUNCTI.


Finita Missa, Sacerdos deposita cassa, seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris, et Subdiaconus accipit Crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cū cruce medius inter Acolythos, seu Ceroferarios cum candelabris et candelis accensis: et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri, tum sequitur Sacerdos cum Diacono, et Assistente, aliisque ministris, et facta reverentia Altari, sistit se contra Crucem ad pedes defuncti, retro astantibus ei a sinistris duobus Acolythis uno cum thuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ et aspersorio, et Acolytho, seu Clerico tenente librum, absolute dicit sequentem Orationem.

Non intres in iudicium cum servo tuo Domine, quia nullus apud te justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christiænæ commendat: sed grátia tua illi succurrénte, mereatur evadere iudiciū ultionis, qui dum viveret, insignitus est signaculo sanctæ Trinitatis: Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen.


Deinde Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat sequens Responsorium.



Liberamé Dó mine




de morte ætérna in




die illa treménda:




Quando cœli móvendi



sunt et terra. Dum véneris




judicáre sæculum per




ignem. V. Tremens fa-




ctus sum ego, et tímeo, dum




discúsi o vénerit, atque ven-




túra ira. Quando.




V. Dies illa dies iræ,




dies calamitátis et mi sériæ,




dies magna et amára valde.




Dum véneris.




V. Réqui em ætérna dona



eis Dómine, et lux per-




pétua lúce at e is.




Líbera me.

Dum cantatur prædictum Responsorium, Sacerdos, Acolytho, seu Diacono ministrante, accipit incensum de navicula, et ponit in thuribulum: et finito Responsorio, Cantor cum primo Choro dicit:




Kyrie e léison.

Et secúndus Chorus respondet:



Christe e léison.

Deinde omnes simul dicunt:



Ky ri e e léi son.

Mox Sacerdos dicit alta voce, Pater et secreto dicitur ab omnibus, et ipse interim accipit a Diacono, vel Acolyto aspersionem aquæ benedictæ, et facta profunda inclinatione Cruci quæ est adverso, Diacono, seu ministro genuflectente, et fimbrias pluvialis sublevante: circumiens feretrum (si transit ante Sacramentum, genuflectit) aspergit corpus defuncti, deinde reversus ad locum suum, Diacono ministrante, accipit thuribulum, et eodem modo circuit feretrum, et corpus incensat, ut asperserat: postea reddito thuribulo ei, a quo acceperat, stans in loco suo, Acolyto seu alio ministro tenente librum apertum ante se, dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescant in pace.

℞. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

Orémus Oratio.

DEus, cui proprium est, misereri semper et parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem, sed jubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci, ut quia in te speravit, et credidit, non penas inferni sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Si defunctus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur pro anima famuli tui Sacerdotis quam hodie, etc.

Finita Oratione corpus deferretur ad sepulchrum, si tunc deferendum sit, et dum portatur, Clerici cantant Antiphona: In Paradisum, etc. ut in Rituali.

DE OFFICIO FACIENDO

In Exequiis absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.

SI faciendæ sint exequiæ absente corpore, eo die, quo bene visum fuerit, in ecclesia dicatur Officium mortuorum, cum tribus Nocturnis, et Laudibus, et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum, cum tribus Lectionibus et Laudibus et Missa. Post Missam Celebrans deponit manipulum et planetam, accipit pluviale nigri coloris, et præcedentibus Subdiacono cum Cruce et Clero, et duobus Ceroferariis cum luminaribus accensis, et duobus Acolythis, uno cum navicula incensi, et thuribulo, et altero cum vasculo aquæ benedictæ, et aspersione, et hoc libro, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli, et ibi a circumstante Clero cantatur. ℞. Libera me Domine, etc. ut supra. Interim ministratur incensum, benedicuntur, et imponitur in thuribulum. Postea dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, etc.

et dum secreto dicitur, accipit aspersionem, circuit tumbam aspergens, deinde incensat eodem modo, ut dictum est. Postea dicit:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. A porta inferi.

℞. Erue Domine animam ejus.

℣. Requiescat in pace.

℞. Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo. Orémus.

Absólve, quæsumus Dómine, ánimā fámuli tui N. vel fámulæ tuæ, ut defúnctus, vel defúncta sæculo tibi vivat: et peccáta, quæ per fragilitátem carnis humana conversatióne commisit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Vel dicatur Oratio, quæ dicta est in Missa, vel alia conveniens.

Ÿ. Réquiem ætérnam dona ei Dómine.

R. Et lux perpétua luceat ei.

Ÿ. Requiéscat in pace.

R. Amen.

Si Officium fuerit pro pluribus defunctis, Oratio et versus dicantur in plurali numero, si fuerit mulier, in genere fœminino, si fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione exprimitur nomen dignitatis, etc.

Prædictus autem Officii ritus pro defunctis adultis tam Sacerdotibus et Clericis, quam Sæcularibus et Laicis, servari debet in Officio sepulturæ in die depositionis, sive in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.

I N V I S I T A T I O N E

Sepulchri, vel Cœmeterii.

Libera me Dómine, etc. vel

Psalmus 50.

Miserere mei Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitudinem miserationū tuárum, dele iniquitatē meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi et malum coram te feci: ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: et in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, et occulta sapiéntiæ tuæ manifestasti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gáudium et lætitiā: et exultábunt ossa humiliáta.

Avérte faciém tuam a peccátis meis: et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundū crea in me Deus: et spíritū rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a fácie tua: et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui: et spíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas: et impii ad te converténtur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: et os meū annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisset sacrificium, dedissem útique: holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: cor contrítum, et humiliátum Deus non despícies.

Benigne fac Dómine in bona voluntate tua Sion: ut ædificéntur muri Jérusalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiões, et holocáusta: tunc impónent super altáre tuum vitulos.

Réquiem ætérnam, etc.

Psalmus 129.

DE profúndis clamávi ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meā.

Fiant aures tuæ intendéntes, in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observáveris Dómine: Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Dómine. Sustinuit ánima mea in verbo ejus: sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctē, speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël, ex ómnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem ætérnam, etc.

Postea Kyrie eléison, etc. et Oratio ut supra, vel alia pro exigentia officii vel loci.

PRÆPARATIO AD MISSAM.

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Antiphona. Ne reminiscáris Dómine delícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

Quæ Antiphona in Festis Duplicibus tantum duplicatur. Deinde dicantur sequentes Psalmi.

Psalmus 83.

Quam dilécta tabernácula tua Dómine virtútum: concupiscit et deficit ánima mea in átria Dómini. Cor meum et caro mea: exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum: et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua Dómine virtútum: Rex meus, et Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua Dómine: in sæcula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxiliúm abs te: ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrymárum, in loco quem pósuit. Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exáudi oratióem meam: áuribus percípe Deus Jacob.

Protéctor noster aspice Deus: et respice in fáciem Christi tui. Quia mélior est dies una in átriis tuis: super millia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam et veritátem diligit Deus: grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: Dómine virtútum beátus homo qui sperat in te.

Glória Patri. Psalmus 84.

Benedixisti Dómine terram tuam: avertisti captivitátem Jacob.

Remisisti iniquitátem plebis tuæ: operuisti ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignatiónis tuæ. Convérte nos Deus salutáris noster: et avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? aut exténdes iram tuam a generatióne in generatióne?

Deus tu convérsus vivificábis nos: et plebs tua letábitur in te. Osténde nobis Dñe misericórdiam tuam: et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus: quóniam loquétur pacem in plebem suam;

Et super sanctos suos: et in eos qui convertúntur ad cor. Verúntamen prope tíméntes eum salutáre ipsius: ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia et veritas obviavérunt sibi: justítia et pax osculáte sunt.

Veritas de terra orta est: et justítia de cœlo prospéxit. Etenim Dóminus dabit benignitátem: et terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit: et ponet in via gressus suos. Glória Patri. Psalmus 85.

Inclína Dómine aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómine suávis, et mitis: et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus percípe Dómine oratióem meam: et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Dómine: et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecisti, vénient, et adorábunt coram te Dómine: et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirábilia: tu es Deus solus. Deduc me Dómine in via tua, et ingrédiam in veritáte tua: lætétur cor meum, ut timeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo, et glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me: et eruisti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iniqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam, et nón proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu Dómine Deus miserátor et misericors, pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax.

Réspice in me et miserére mei, da impérium tuum púero tuo: et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: quóniam tu Dómine adjuvisti me, et consolátus es me.

Glória Patri. Psalmus 115.

Credidi, propter quod locútus sum: ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam Dómino, pro ómnibus quæ retribuit mihi?

Calícem salutáris accípiam: et nomen Dómini invocábo. Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus.

O Dómine, quia ego servus tuus: ego servus tuus, et filius ancillæ tuæ.

Dirupisti víncula mea: tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: in átriis domus Dómini in médio tui Jerúsalem.

Glória Patri. Psalmus 120.

De profundis clamávi ad te Dómine: Dómine exáudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes, in vocem deprecatiónis meæ. Si iniquitátes observáveris Dómine: Dñe quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus: sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, speret Israël in Dño. Quia apud Dóminum misericórdia, et copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël ex ómnibus iniquitatibus ejus. Glória Patri, et Fílio.

Deinde repetitur Antiphona. Ne reminiscáris Dómine delícta nostra, vel paréntum nostrórum: neque vindíctam sumas de peccátis nostris.

Postea Sacerdos dicit: Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

Ÿ. Ego dixi, Dómine miserére mei.

R. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ÿ. Convértere Dómine aliquántulum.

R. Et deprecáre super servos tuos.

Ÿ. Fiat misericórdia tua Dómine super nos.

R. Quemádmódum sperávimus in te.

Ÿ. Sacerdótes tui induántur justítiam.

R. Et sancti tui exúltent.

Ÿ. Ab occúltis meis munda me Dómine.

R. Et ab aliénis parce servo tuo.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spírítu tuo.

Orémus.

Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína precíbus nostris, et grátia sancti Spírítus illúmina cor nostrum: ut tuis mystériis digne ministráre, téque ætérna charitáte diligere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum lalet secrétum, purífica per infusió-nem sancti Spírítus cogitatiónes cordis nostri: ut te perfecté diligere, et digne laudáre mereámur.

Ure igne sancti Spírítus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus Dómine, Paráclitus, qui a te procedit, illuminet: et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem.

Adsit nobis, quæsumus Dómine, virtus Spírítus sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget, et ab ómni-bus tueátur advérsis.

Deus, qui corda fidélium sancti Spírítus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spírítu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudere.

Consciéntias nostras, quæsumus Dómine, visitádo purífica: ut véniens Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum, Amen.

ORATIONES DICENDÆ

Cum Sacerdos induitur Sacerdotalibus Paramentis.

Cum lavat manus, dicat:

DA, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam: ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat:

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incursus.

Ad Album, cum ea induitur.

DAálba me, Dómine, et munda cor meum: ut in Sanguine Agni dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

PRæcinge me, Dómine, cingulo puritátis, et extingue in lumbis meis humórem libidinis: ut máneat in me virtus continétiæ, et castitátis.

Ad Manipulum, dum inponitur brachio sinistro.

Merear, Dómine, portáre manipulum fletus et dolóris: ut cum exultatióne recipiam mercédem labóris.

Ad Stolum, dum imponitur collo.

Redde mihi, Dómine, stolum immortalitátis, quam perdididi in prævaricatióne primi paréntis: et quamvis indignus accédo ad tuum sacrum mystérium, mérear tamen gáudium sempitérnum.

Ad Casulam, cum assumitur.

Domine, qui dixisti, Jugum meum suave est, et onus meum leve: fac ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM.

Antiphona. Trium puerórum cantémus hymnum: quem cantábant sancti in camíno ignis, benedicétes Dóminum.

Quæ Antiphona in Festis Duplicibus tantum duplicatur, et tempore Paschali additur in fine Allelúja.

Canticum trium puerorum.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: benedicite cœli Dño.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: benedicite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedicite sol et luna Dómino: benedicite stellæ cœli Dño.

Benedicite omnis imber et ros Dómino: benedicite omnes spírítus Dei Dómino.

Benedicite ignis et æstus Dómino: benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedicite rores et pruína Dño: benedicite gelu et frigus Dño.

Benedicite glácies et nives Dómino: benedicite noctes et dies Dómino.

Benedicite lux et ténebræ Dómino: benedicite fulgura et nubes Dómino.

Benedicat terra Dñm: laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedicite montes et colles Dómino: benedicite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedicite fontes Dómino: benedicite mária et flúmina Dño. Benedicite cete, et ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino: benedicite omnes volúcræ cœli Dómino.

Benedicite omnes béstie et pécora Dómino: benedicite filii hóminum Dómino.

Benedicat Israël Dñm: laudet et superexáltet eum in sæcula. Benedicite sacerdótes Dómini Dómino: benedicite servi Dómini Dómino.

Benedicite spírítus et ánimæ justórum Dómino: benedicite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedicite Ananía, Azaría, Mísaël Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrém et Fílium cum sancto spírítu: laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es Dómine in firmaménto cœli: et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus: laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus: laudáte eum secúndum multitudínem magnitudínis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ: laudáte eum in psaltério et cythara.

Laudáte eum in tympano et choro: laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis: omnis spírítus laudet Dóminum.

Glória Patri, etc.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerórum cantémus hymnum: quem cantábant sancti in camíno ignis, benedicétes Dóminum.

Deinde Sacerdos dicit:

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster.

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Confiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua.

℞. Et sancti tui benedicant tibi.

℣. Exultábunt sancti in glória.

℞. Lætábuntur in cubilibus suis.

℣. Non nobis Dómine, non nobis.

℞. Sed nómini tuo da glóriam.

℣. Dómine exaudi oratiónem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui tribus púeris mitigásti flammas ígnaum: concéde propítius; ut nos fámulos tuos non exúrat flamma vitiórum.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirádo præveni, et adjuvádo proséquere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

DA nobis, quæsumus Dómine, vitiórum nostrórum flammæ extingueré: qui beáto Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Christum Dóminum nostrum. ℞. Amen.

OBSERVANDA

circa Missas privatas defunctorum.

Sacra Rituum Congregatio, ut Rubricæ Missalis inviolate serventur, 5. Aug. 1622. et 30. Aug. 1706. distincte præcepit omnibus et singulis Sacerdotibus, tam sæcularibus quam Regularibus, cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, etc. ut imposterum Missas priv. pro defunctis seu de Requiem in duplici nullatenus celebrare audeant. Quod si ex Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in Festum duplex, præcepit eadem S. R. C. ut tunc hæ Missæ minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio animabus suffragia expectantibus detrimentum sit; sed dicantur de Festo corrente cum applicatione sacrificii, etiam in altari privilegiato pro defunctis, quæ Missæ perinde suffragantur, ac si celebratæ fuissent de Requiem. Juxta Decret. Sac. Rituum Congr. Anno 1667. 29. Jan.

Imo, ut S. R. C. omnem super hac re dubitationem tolleret, in responsione ad varia dubia sibi proposita, ad relationem Eminentissimi et Reverendissimi D. Cardinalis Colloredi 10. Junii 1693. declaravit et mandavit, etiam tamquam abusum abolendam esse consuetudinem celebrandi Missas privatas pro defunctis corpore præsentem et insepulto, his diebus, in quibus fit de duplici, vel de duplici fieri non potest.

NB. De Missis cantandis, vel uno tantum sacro pro Defuncto præsentem dicendo superius non est intelligendum.

Österreichische Nationalbibliothek



+7155839103

